



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

2. Prædicat discipulis passionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

compateretur potius illorum cæcitati: & quia passio ipsa ad omnium salutem spectabat, pia mater illam pro ipsis etiam crucifixoribus, exemplo filij, Deo Patri offerebat.

## MEDITATIO II.

*Prædicit discipulis de Passione sua.*

### PUNCTUM PRIMUM.

CUM Christus quæreretur ad necem, recepit se cum discipulis suis *in civitatem Ephrem juxta desertum*: inde mox ascendit Ierosolymam, & *præcedebat illos, & stupebant, & sequentes timebant.* Præcedebat, properans ad mortem incitante gradum amore. Contrà, ego ad patiendum tardus. Item præcedebat, exemplum præbens, ut nos similiter faciamus. Denique inusitata festinatione, quam proinde stupebant discipuli, excitabantur & ipsi, ut contenderent singuli proximè sequi. Sic imitabor Christum hæc & illa patientem, & inhærere vestigiis ejus adlaborabo.

*Ioan. 12*

*54.*

*Marc.*

*10. 32.*

*Passio*

*Christi*

*nobis*

*exem-*

*plum.*

### PUNCTUM II.

PRædicit discipulis Passionem suam, id aliàs fecerat bis: sed nunc distinctiùs. *Condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Toties meminit Passionis, quia eam semper gerebat in mente, & illius delectabatur memo-

*Cur to-*

*ties me-*

*minit*

*passionis*

*Matth.*

*20. 17.*

B

riâ



riâ, quamvis rei acerbissimæ, ita ut etiam in  
 gloriosa Transfiguratione sua cum Moysse, &  
 Elia, de hoc excessu sermonem misceret. Uti-  
 nam etiam mihi sit, sicut sponsæ, *fasciculus*  
*Cant. 1. myrrha dilectus meus mihi, inter ubera mea com-*  
 13. *morabitur.* Item ideo inculcat, quod igno-  
 miniosa hæc de Christo minùs credere, & af-  
 sequi posse viderentur, quàm gloriosa: & ut dis-  
 cipuli se ad illa compararent, servantes illud,  
*Eccl. 11. in die bonorum ne sis immemor malorum.*  
 27.

## PUNCTUM III.

*Luc. 18. ET ipsi nihil horum intellexerunt, & time-*  
 34. c. 9. *bant eum interrogare de hoc verbo, & contri-*  
 45. *stati sunt vehementer.* Nec modò omnes intel-  
*Matth. ligunt, qui audiunt arcanum passionis domini-*  
 17. 22. *cæ mysterium.* Ideo autem Apostoli non in-  
 telligebant, quia intenti erant in honores po-  
 titiùs & commoda, quæ à Christo expectabant:  
 indèque tristabantur, quòd flagellorum & cru-  
 cis mentio ingereretur. Idem mihi eveniet, ut  
 meditatione Passionis nihil afficiar; quia affe-  
 ctus sum erga sensualia, & amore proprio ple-  
 nus. Quin Petrus, post solennem illam confes-  
 sionem, cum Christus de Passione sua prædica-  
 ret, non iam revelante Patre cœlesti, sed pro-  
 prio suggerente sensu, etiam avertere Christum  
 à morte visus est, dicens: *Absit à te Domine, non*  
*Matth. erit tibi hoc?* quem Dominus graviter increpuit:  
 16. 22. *Vnde post me Sathana: scandalum es mihi, quia*  
*non sapiſ ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.*  
 Hæc videlicet est causa & radix non intelligen-  
 di



di verbum hoc ; quòd terrena sapiamus, & cupiamus.

MEDITATIO III.

Solemnis ingressus in Ierusalem ante Passionem. Matth. 21. Marc. 11.

Luc. 19.

PUNCTUM PRIMUM.

Causæ, ob quas voluit ita Christus ingredi fuerunt quinque. 1. causa, ut ostenderet qua alacritate mortem adiret, qua invitati sunt Martyres. 2. ut intelligeremus, cum postea tristitiam & agoniam ex consideratione Passionis sensit ; nihilominus in ijs ipsis secundum spiritum exultrasse, quod nos facere oportet cum Paulo : *libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* 3. ut declararet benevolum suum animum erga ingratam civitatem, non obstantibus toti- bi contra se excitatis persecutionibus, quòdque etiam post toleratam ibidem mortem paratus esset illam in gratiam recipere, modò resipisceret, quod quotidie fit, quando per peccatum mortale Christo cruci affixo, conculcatòque ejus sanguine, tamen is paratus est ad eandem animam redire, suaque gratia illam visitare. 4. ut doceret gloriosum esse pro Deo quævis pati, præsertim in oculis Dei, Angelorum, & hominum justorum, ut triumphare nos doceat inter ejusmodi opprobria. 5. ut tantò redderetur

Causæ  
ingres-  
sus tam  
celebris.

1.

2.

3.

2. Cor.

12. 9.

4.

Pati pro  
Christo  
glorio-  
sum.

5.

B 2

tur